1380

...feria ... in Crastino
Petri in Vinculis Anno Domini 1647

Krinickich Coniugum Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Capitan. Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Generosus Joannes Koźwinski in Dzięciołowo haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilibus Simoni Krynicki et Catharinae Rostochacka coniugibus et eorum posteris tenetur estque debitus certi veri et liquidi debiti mutuatae pecuniae summam Mille Florenorum Polon. quemlibet florenum per triginta grossos Polon. computando et numerando eandemque summam suprascriptis recognoscens submittit se et de bonis suis Omnibus inscribit Memoratis Creditoribus suis sive eorum posteris hinc et ab Actis praesentibus pro festo Sancti Laurentii Martyris in Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo ipso proxime futuro parata pecunia solvere dare reddere realiter et effective restituere aut circa Acta Officii praesentis deponere et relinquere depositamque et delatam rursus ad se ab eodem officio non recipere nec modo quovis arestare aut efficere sub Vadio simili aliorum Mille Florenorum Polon. in defectu solutionis pro tempore praefixo ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem Vadio exinde succubito ac summa essentiali Memoratus recognoscens Ad instantiam suprascriptorum Creditorum suorum sive eorum successorum Ad Officium praesentis Citatus existens sive eius successores Citati existentes Extunc ipse in primo Citationis Termino tanquam peremptorio peremptorie stare parere respondere pro Vadio succubito ac summa Principali tum et Expensis Omnibus ab officio eodem non recedendo satisfacere Omneque iudicatum pati tenebitur eiusque successores tenebuntur Eundem Terminum primum peremptorium et alios Omnes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera vel simplici infirmitatibus actione pro Maiori Minoriennitate successorum tarda extraditione mala positione inordinata scriptione Citationis ac ignorantia processus in Contumaciam decreti non subterfugiendo imo etiam exceptionibus allegationibus evasionibus simplicibus et variabilibus dillationibus quibusvis Motionibus appellationibus ac earum prosecutionibus in ipsa evadere deferendo imo his Omnibus et aliis cunctis iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Omnibus abscribendo et abrenunciando.

G. Zuba Exactoris T. B. Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Capitan. Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Nobilis Helizabeth filia olim Martini Jabłonski consors Nobilis Martini Livecki cum eiusdem Mariti sui ibidem tutrici coniugalis personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Generoso Joanni Casimiro Zuba Exactori Terrae Bielscen. eiusque successoribus de Omni et integro iure suo seu in sortem

...tione